



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 44. Pontifex ad amplectendas Florentini Ducis partes propositis Nepotis  
sui nuptiis sollicitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](#)

**Sæcul. XVI** teris ad Abyssinorum Regem datis, quæ  
A.C. 1554. tamen non nisi anno sequenti millesimo  
 quingentesimo quinquagesimo quinto  
 scriptæ noscuntur, eoquod horum Præ-  
 sulum iter usque ad id tempus differre  
 oportuerit.

## §. XLIV.

*Pontifex ad amplectendas Florentini  
 Ducis partes propositis Nepotis  
 sui nuptiis sollicitatus.*

*Thu. hist. l. 14* *Daniel hist.  
 de France* *tom. 6. p. 47.* Quamvis summus Pontifex Religio-  
 nis Catholicæ propagationi felici  
 successu infudaret, summis tamen iden-  
 tidem curis angebantur ob bellum, quod  
 inter Cæsarem, & Henricum II. Fran-  
 ciæ Regem, Cosmam Florentiæ Ducem,  
 & Gallos in Etruria exarserat; quippe  
 Galli jamjam diuturna obsidione Clas-  
 rascum, & Fossanum premebant, &  
 quamvis lentius obsidentium labores ur-  
 gerentur, nihilominus timendum erat,  
 ne tandem præsidiarii ditionem face-  
 re cogerentur, eoquod Gonzaga pecu-  
 niæ inopia pressus, militum suorum o-  
 dium stipendiis jam a multo tempore  
 haud persolutis incurrisset, aliunde ve-  
 ro ob dominatus sui asperitatem Hispa-  
 nis magnopere invisus esset: quapro-  
 pter hic Bellidux, cum tam commune  
 omnium in se odium concitasset, haud  
 magna ad Etruscum bellum auxilia Cos-  
 mæ

mæ suppeditare poterat, præcipue cum Sæcul. XVI.  
nec ex Hispania, nec ex Neapolis Re- A.C. 1554.  
gno militum supplementa adducere va-  
leret: Omni igitur ope destitutus Cos-  
mas summum Pontificem sibi devinci-  
re tentabat, desponsata una ex Filiabus  
suis Fabiano Balduini Filio, ac Julii III.  
Nepoti, in quo post Joannis Baptiste  
obitum Pontifex totam familiæ suæ  
spem collocaverat. Itaque per Bernar-  
dum Justum, qui Cosmæ ab epistolis e-  
rat, & Romam hanc in rem ablegatus  
fuerat, hæ nuptiæ contrahuntur, eodem  
que tempore Cosmas Isabellam Filiam  
Paulo Jordano ex familia Ursinorum,  
qui ob veteres factiones Gallis semper  
erant addicti, despontit..

### §. XLV.

#### *Cosmæ consilium de Senenensibus suo imperio subjiciendis.*

Cum ergo Cosmas Dux duos potentis- Thu. l. c.  
mos adversæ factionis Principes ita Ibid. comm.  
sibi conciliatos cerneret, seque poten- l. 26.  
tia valde auctum crederet, Marinianum  
Marchionem, qui in Cæsaris exercitu  
secundum imperii locum tenebat, ad  
se accersivit. Erat is Bellidux militari  
scientia oppido clarus, humili tamen  
loco natus, & alias Medicinus dictus,  
eo tamen nomine immutato sese Medi-  
cæum appellare audebat, atque ex illu-  
stri